UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Anthologia Sacra

Ex Probatissimis Vtrivsqve Linguæ patribus collecta, atque Octastichis versibus comprehensa

Billy, Jacques de

Parisiis, M.D.LXXV.

Oratio ad Deum pro obtinenda charitate. 19

urn:nbn:de:hbz:466:1-50828

Visual Library

agnoſcas quia ſurrexit in te re
liꝰ, qui neſcit Ioſeph, rex Ægyp
& ipſe te cogit ad opera ſicca,
te facit laterem ſibi operari,
lutum. Sed & Chryſoſtomus,
oſtendat quantum ſtudij atq
diligentię ei ſit adhibendum,
animam ſuam inter tot diſcri
na, quibus vndique hæc vita ſ
tet, incolumẽ ſeruare ſtudet,
militudinem ducit à funamb
lis, qui ſi vel tãtillum oculoru
aciem hac vel illac flectant, pr
tinus ad ima ruunt, ac pereu
Eodem enim modo eos qui vi
iter ingrediãtur, ſi vel tantillũ d
ſidiæ ac ſopori ſe tradant, con
ſtim peſſum ituros eſſe verè a
quippe cũ hæc via, & anguſtio
& rigidior & altior, & pericul
ſior ſit, quàm funis ille.

Serm. de humil. et in Oſiã.

Oratio ad Deum pro obti-

nenda charitate.

19

SAncta Agape, gelidæ non cedens robore morti,
Sanctam in me quæſo confice ſancta necem.
Liuorem, ingluuiemque, & amorem interfice mundi.
Mollia cum ſtudio fac iugulentur opum.
O Deus, ô qui perpetuis amor ignibus ardes,
Fac caleant flammis pectora noſtra tuis.
Fac mea mens, ferro quæ nunc eſt durior omni,
Flexilis in rectum fiat ab igne tuo.

SCHOLIA.

Sancta Agape) Inter cæteras cauſas, quamobrē Scriptura charitatis robur morti comparet, Auguſtinus hanc libentius amplectitur, nimirū quòd vt mors animam à carnis ſenſibus abſtrahit, ſic charitas eam à carnis concupiſcentiis auellat.

Sanctam in me) Quid aliud, inquit Ambroſius, in hac vita iuſti agunt, niſi vt exuāt ſe huius corporis cogitationibus, quæ velut vincula nos ligāt, & ſe ab his moleſtiis ſeparare contendant, renū-

Lib. de bono mort. cap. 3.

ciēt voluptatibus ſuis, atqu
xurias fugiāt & flāmas libid
Nonne igitur vnuſquiſq; in
vita poſitus ſpeciem mortis
tatur, qui poteſt ita ſe gerere,
moriantur omnes corporis
ctationes, & cupiditatibꝰ om
bus mundique illecebris et
ipſe moriatur: ſicut mortuus
Paulus, dicens, Mihi mūdus
cifixus eſt & ego mundo? At
Trac.65. eodem modo Auguſtinus de
in Ioan. myſtica electorum morte ita
quitur: MORS electorum, qua
cum in carne mortali adhuc
uetur, cor ſurſum ponitur,
qua morte dicebat Apoſto
Col.3. Mortui enim eſtis &c. Hinc
Cant.8. taſſe dictū eſt, Valida ſicut m
dilectio. Hac enim dilectione
vt in iſto adhuc corruptibili c
pore conſtituti, moriamur h
ſeculo, & vita noſtra abſcōda

cum Chriſto in Deo:imò ipſa dilectio eſt mors noſtra ſeculo, & vita cum Deo. Si enim mors eſt quando de corpore anima exit, quomodo non eſt mors, quando de mundo amor noſter exit? Valida eſt ergo vt mors dilectio. Quid ea validius, qua vincitur mundus?

O amor) Auguſtinus in libris Confeſſionum ad hunc modum Deum alloquitur: O amor qui ſemper ardes, & nunquam extingueris, charitas, Deus meus, accende me.

Æquo animo ferendas eſſe afflictiones.

20.

QVid tibi, cum læta tot ſorte peregeris annos,
Nunc animus, pulſa proſperitate, cadit?
An tibi, cum mittat poſt proſpera multa dolores,
Cum tibi poſt ſudum nubila denſa Deus,
Frangi animo, turpeſque decet geminare querelas,